



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 16. Quorumdam Scriptorum Catholicorum obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

exposuerat, nihilominus hi suo petito Sæc. XVII.
 firmiter institerunt: E contrario autem A. C. 1652.
 Episcoporum Deputati oblatam collo-
 quii copiam gratanter acceptarunt: paulo-
 post tamen ceteri Franciæ Oratores Ro-
 mæ Divi Augustini opuscula typis edi-
 curarunt, ut ea Patris Francisci An-
 nati Jesuitæ libro opponerent.

§. XVI.

*Quorundam Scriptorum Catholico-
rum obitus.*

Ex pluribus Scriptoribus Religione Dupin. Bibl.
 Catholicis non nisi sequentes addu- des Auth.
 cere, operæ pretium existimavimus, du Siecl.
 atque inter illos primus occurrit Felix XVII.
 Cantelorius utriusque Signaturæ Refe-
 rendarius, qui narrationem concordiæ
 inter Alexandrum III. Papam, & Fri-
 dericum I. Imperatorem, necnon indi-
 cem legalium Authorum materias tra-
 ctantium, de præcedentia & societa-
 tibus Officiorum, de Præfecto Urbis,
 genealogiam familiæ Comitum Roma-
 norum, Elenchum Cardinalium, ge-
 nealogiam Mathildis Comitissæ, plura-
 que alia typis vulgavit, obiitque Romæ
 die vigesima octava [Septembris anno
 ætatis suæ sexagesimo tertio. II. Ro-
 landus Hælant Cisterciensis edidit Nor-
 mam Superiorum Regularium ad recte
 C 3 guber-

Sæc. XVII. gubernandum, speculum veræ conversionis ad vitam religiosam, tractatum de mortificatione & remediis passionum, & libellum de prudentia & discretione Confessariorum Sanctimonialium. III. Joannes Maria Castillenti Minorita scripsit Seraphicam Theologiæ moralis Polyantheam. IV. Petrus de Casanouve Monachus, qui publici juris fecit librum de institutione Nobilium, Puerum Jesu, vitam S. Edmundi Regis, Cataloniam Gallicam, & alia quamplurima opuscula. V. Dionysius Petavius Jesuita, qui eruditum opus scripsit de doctrina temporum, & rationarium temporum: notis etiam illustravit opera Epiphani & Synesii, cujus aliquam epistolam adeo difficilem censuit, ut se eam intelligere nequivisse, ingenue confessus sit: imprimi quoque curavit Nicephori Breviarium Historiæ, ubi plura Libri V. capita, quæ in Augustiniano Manuscripto defecerant, invenit, & unacum Historiæ Sæculi VII. & VIII. compendio edidit. Celebratur præcipue ipsius opus de Theologicis dogmatibus, in quo seclusis Scholasticis questionibus dogmata ex Conciliorum & Patrum doctrinis explanavit, infimulatur tamen ab aliquibus, quod plurima ex Augustini Oregii Theologia positiva descripserit. Edidit insuper paraphrasin

fin Psalmorum & Canticorum, Diatria-
 bam de potestate consecrandi, para-
 phrasin in Ecclesiasten, & præter plura
 alia, Miscellaneas exercitationes adver-
 sus Salmafium sub ementito nomine An-
 tonii Kerkoetii Aremorici. Decessit
 Petavius Parisiis die undecima Decem-
 bris annos natus sexaginta novem. VI.
 Jacobus Sirmondus itidem Socius, qui
 sub nomine Jacobi Cosmæ Fabritii edi-
 dit Notas stigmaticas ad *Magistrum tri-*
ginta paginarum, seu Edmundum Ri-
 cherium. Collegit quoque omnia Fran-
 ciæ Concilia, carpitur tamen a Petro
 Aurelio, quod Canonem II. Concilii I.
 Arausionensis ita reddiderit: *Ut non*
necessaria habeatur repetita charismatio, cum
 tamen in antiquioribus editionibus par-
 ticula *non* omiffa legatur. Scripsit e-
 tiam censuram de suburbicariis Regio-
 nibus, collectanea Anastasii Bibliothecarii,
 Historiam publicæ pœnitentiæ
 & de Azymo, opera Theodreti, Hi-
 storiam prædestinatianam, Historiam
 S. Caroli Flandriæ Comitis & Leonis X.
 præter plura veterum Scriptorum ope-
 ra, quæ notis illustravit, & veluti ex
 oblivionis pulvere extraxit. Obiit die
 septima Octobris anno ætatis suæ nona-
 gesimo tertio. VI. Franciscus de Lugo
 ex eadem Societate scripsit commenta-
 ria in primam partem D. Thomæ, di-
 scur-

Sæc. XVII. scursum prævium ad Theologiam moralem, quæstiones morales de Sacramentis &c. VII. Nicolaus Lancitius Jesuita, edidit opuscula spiritualia, octo monita pro Nobilitate Polona, gloriam S. Ignatii, & tractatum de inditiis & gradibus profectus in virtutibus. VIII. Stephanus a S. Joanne Evangelista Bruxellensis Carmelita Discalceatus edidit Historiam Antistitum, & Civitatis Ultrajectensis præter Historiam seu crudele Martyrium V. Dionysii, & Redempti Carmelitarum. IX. Ignatius a Jesu ex eodem Ordine Missionarius in Oriente edidit narrationem originis, Rituum & errorum Christianorum S. Joannis Baptistæ, & tractatum adversus triginta quatuor errores eorumdem Christianorum, typis sacræ Congregationis de Propaganda Fide. X. Elias a Jesu Anglus Carmelita Discalceatus elucubravit opus de antiquis Monachis Insularum Britannicæ sub primitiva Ecclesia viventibus, necnon sex tomos sub titulo *Anglia Sancta & Catholica* seu vitæ Sanctorum Britonum veterum & recentiorum.

§. XVII.

*Quidam Scriptores ex Protestantibus
hoc anno defuncti.*

Præter